



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Sōkratus Scholastiku Kai Ermeiu Sozomenu Ekklesiastikē  
Istoria**

**Socrates <Scholasticus>**

**Mogvntiae, 1677**

Cap. XVIII. Ariminensis Concilii Epistola ad Imperatorem Constantium.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14233**

ταῦτης, Πήδιασεολὴ τὸ πίσεως τῶν παλαιότερων γῆ τῶν πεζῶν ἐπειδὴ τὰς δομαῖς εὐθύνει, οἱ μὲν ἀνθρώποις τάπει τοῖς θρασύοις χαλεπῶς Φέρουσις Εἴτε τῇ καινούρῃ, πεζῇ πιστὸς βασιλέα παρεγένοντο.

A præfigere, ad reprehendendam fidem majorum, & eorum qui ante id temporis initiati essent. His rebus Arimini gestis, Valens & Ursacius depositionem suam iniquo animo ferentes, statim ad Imperatorem advolunt.

KεΘ. m'.

Ἐπιστολὴ τῆς ὁμιλίας συνόδου ἡρώς τὸν βασιλεῖαν  
κωνσάντιον.

C A P. XVIII.

*Ariminensis Concilii Epistola ad Imperatorem Constantium.*

**B** *S*ynodus vero viginti Episcopos com-  
muni suffragio delectos, legatos ad  
Imperatorem misit, & per eos ista scri-  
psit, quæ ex Latino sermone in Grecum  
translata sunt. Iubente Deo & præce-  
pto pietatis vestrae creditus esse dis-  
positum, ut ad Arianensium locum  
ex diversis Provinciis Occidentalium  
Episcopi veniremus: ut & fides clare-  
sceret omnibus Ecclesiæ Catholicæ  
& hæretici noscerentur. Dum enim  
omnes qui recte sapimus contractare-  
mus, placuit quidem ut fidem ab anti-  
quitate perleverantem, quam per Pro-  
phetas, Evangelia & Apostolos, per  
ipsum Deum & Dominum nostrum  
Iesum Christum, Salvatorem impeii-  
tui, & largitatem salutis tuae ac-  
cepimus, & quam semper obtinuimus,  
teneamus. Nefas enī duximus, re-  
cte & juste sancitorum aliquid muti-  
lae, & eorum qui in Niceno tra-  
statu confederant unā cum gloriose  
memoria Constantino, patre pietatis  
tua. Qui tractatus manifestatus est  
& insinuatus mentibus populorum, &  
contra hæresin Arianam tunc opposi-  
tus inventur, ut non solum ipsa, sed  
etiam reliqua hæreses inde sint expu-  
**C** gnatae. A quo si aliquid demptum  
fuerit, venenis hæreticorum aditus  
panditur. Ideo Ursacius & Valens in  
suspicionem ejusdem hæreseos Arianæ  
venerunt aliquando, & suspensi erant  
à communione. Sed rogaverunt ve-  
niā, sicut eorum continent scripta:  
quam quidem meruerunt tunc tem-  
poris à Concilio Mediolanensi, adisten-  
tibus etiam legatis Romanæ Ecclesiæ.

CONSTANTIUS.

In hoc igitur tractatu cum magno exame  
mine fuisse conscriptum Constanti-  
no praesente, quod tenens baptizatus ad  
quietem Dei commigravit, nefas pu-  
tamus inde aliquid mutilare, & tot fan-  
tatos & confessores & successores Mat-  
tyrum, ipsius tractatus conscriptores,  
in aliquo removere; cum & ipsi prae-  
teritorum Catholicæ Ecclesiæ scripto-  
rum cuncta servaverint. Manefisque  
usque in hæc tempora, quibus pietas  
tua à Deo Patre per Deum & Domi-  
num nostrum Iesum Christum, poten-  
statem regendi orbis accepit. Verum  
miseri homines, & infelici sensu prædi-  
ti, ausu temerario se præcones impia  
doctrina renuntiarunt, & nunc etiam  
conantur convellere, quod fuerat po-  
situm ratione. Etenim cum pietatis  
tuæ litera jusserint tractari de fide, of-  
ferebatur nobis à supradictis turbatori-  
bus Ecclesiæ, associato Germinio,  
Auxentio & Caio, novum nescio quid  
considerandum, quod multa perverse  
doctrina continebat. At vero cum  
viderent dispicere, quod offerebant  
publice in Concilio, putaverunt ali-  
ter esse conscribendum. Et quidem  
hæc brevi tempore sepe mutasse, ma-  
nifestum est. Sed ne Ecclesiæ frequen-  
tius perturbentur, placuit instituta ve-  
tora, rata atque inviolabilia servari:  
supradictos vero à communione nostra  
removeri. Ad instruendam igitur tu-  
am clementiam, legatos nostros direxi-  
mus, Concilii sententiam per literas  
nostras nuntiaturos. Quibus hoc ipsum  
solum mandavimus, ut non aliter lega-  
tionem perferrent, quam statuta ve-  
terum permanere firmissima; ut & sa-  
pientia tua cognosceret, non hoc quod  
promiserant supradicti Valens & Ursia-  
cius, Germinius & Caius, si sublatum fu-  
isset quidpiam, pacem posse compleri.  
Quo enim modo pax servari possit ab  
iis qui pacem subvertunt. Magis enim  
turbatio cunctis regionibus, & præcipue  
Ecclesiæ Romanae immissa est. Ob  
quam rem tuam rogamus clementiam,  
ut placidis auribus, & sereno vultu uni-

τεργυε πάντων τοῦ παρεκελυστάμεθα, τὸ τὴν ἀληθειαν πιστόσαδός ἐπιτάπα  
ἀρχαίων δικαίως ὠργομένων οἵ την σὸν ἀναδιδάξσοι ὁσιότητα, ὅπλον ἀστερού  
ταν ψροδικοῦ. Εὐάλης, ἔσαιειρήνη, εἴπει τῷ τῶν δικαίων ἀναπατεῖν πᾶς θεός  
οἱ τε ἄγει, σὺν τὴν εἰρήνην καταλύοιτες μάλλον γένεται πάντα σὺν  
των σωτῆταις λογιαῖς τώλεσι, καὶ τῇ τῶν ρωμαίων ἐπικλησίᾳ γρίβεται διο  
ικείενδρη τὸν σωτῆρα πλαισιειν, ἵνα τεργυεσσιν ἀκοστεῖ, γραπτηνιαίων βλέμματι.

A versos legatos nostros & aspicias & audi-  
dias: neve permittat clementia tua, iura  
vetera convelli; sed manere ea quæ à  
majoribus nostris accepimus; quos &  
fuisse prudenter, & sine Spiritu sancto  
Dei non egisse confidimus. Quia ista  
novitate non solum fideles populi per-  
turbati sunt, verum etiam infideles  
ad credulitatem vetantur accedere.  
Oramus etiam ut præcipias, ut Episcopos qui Atimino detinentur, inter  
quos plurimi sunt, qui ætate, & pauper-  
tate defecti sunt, ad suam Provinciam  
re meare; ne destituti suis Episcopis la-  
B borent populi Ecclesiarum. Hoc etiam  
frequentius postulamus, ut nihil inno-  
vetur, nihil minuatur; sed maneant  
incorrupta, quæ patris sanctæ pietatis  
tuæ temporibus, & tuis religiosis sæculis  
permanerunt. Nec jam nos fatigari,  
aut convelli à sedibus nostris tua  
sancta prudentia permittrat: sed  
quieti cum populis suis Episcopi va-  
cent semper postulationibus, quas ha-  
bent pro salute tua & pro regno tuo,  
& pro pace quam tibi divinitas pro me-  
ritis tuis profundam ac perpetuam lar-  
giatur. Legati autem nostri, & subscri-  
ptiones & nomina Episcoporum vel le-  
gatorum perferent; sicut iidem alii  
scripturæ instruent tuam sanctam reli-  
gio lamque prudentiam.

C A P. XIX.

*De Legatis Concilii, & de Imperatoris Epis-  
tola: Et quomodo Episcopi tandem con-  
senserunt formula illa, qua ab Vrfacio &  
Valense prolatâ fuerat: & de Antisplum  
exilio. Item de Synodo apud Nicenâ factâ, &  
quas ob causas Synodus Arimini  
detentæ est.*

*accensu ej.*  
E T hæc quidem scripta sunt ab Ari-  
minensi Concilio. Ursacius autem  
& Valens, cum legatos à Concilio missos  
prævenissent, conscriptionem fidei à se  
perlectam Imperatori ostenderunt, &  
Synodus acculare ceperunt. Impera-  
tor vero indignatione commotus, ob id  
fortasse quod fidem illam suscipere re-  
cusassent, quæ Sirmii coram ipso com-  
probata fuerat: Ursacium quidem ac  
Valentem honorifice exceptit: legatos  
vero respectui habuit, ac tametsi diutur-  
nia mora fatigarentur, nullam eorum  
curam gessit. Serò tandem scripsit ad  
Synodus, excusans se quod propter ur-  
gentem quandam contra Barbaros